Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tendere: Eum Deponi oportere. Has responsionis
Litteras una cum Epistolis Aliis ex more Dat
Tabellariis: qui quae ferrent nequaquam nesciebant.
Illi solita celeritate uiam ineunt: Antoninum Antoninus:
Aurige habitu praeditum et Curru insidentem
offendunt. Totum Litterarum fasciculum deferunt:
in quibus Littere erant in Macrinum scripte. Anto Macrinus.
ninus Hippodromie intentus, Macrino absenti Antoninus.
ac priuatim agenti eas dari Iubet: In quibus Hippodromia.
Siquid magni momenti insit, sibi mandat ostendi.
Sin minus: ea ipsum ex more tanquam Prefectum
curarum. Sepe hoc ita imperare sibi mos erat.
Hec ubi imperauit proposito potitus. Macrinus secre Macrinus
tum petens, Epistolas aperit: Sortitus eas que
sibi mortem afferebant, in primis imminens sibi periculum
uidit. Antonini conscius ac trucis eius animi: Cum
iisdem Litteris oblatam sibi Equam occasionem intelligit:
Has Litteras occultat. De reliquis refert: ut mos
erat. Veritus ne Maternianus iterum hec scribat, Maternianus.
aliquid facere: quam Pati maluit. Proinde hoc
audet. Sibi quidam erat Centurio: qui Martialis Martialis.

L